

VVILEBRANDVS EPISCOPVS MINDENSIS.



VVilebrandus de Hallermūd religione & doctrina apud Saxones cōspicuus extitit. itaq; primō circa Basiliense Cōciliū Corbeiensis monasterij in Saxonia abbas cōstitutus fuit. eam functionem cum optimè administraret, post Ottone Episcopus Mindensis eligitur. Eam Ecclesiam is magna diligentia gubernauit, atq; plurimū auxit: nam uicini nobiles priorum Episcoporum incuria arces & prædia Ecclesiæ occuparant, atque suæ ditionis fecerant. Itaq; Vuilebrandus primō Ecclesię iura amicè repetebat, atq; aliquos sua manu etudine in ordinem redigebat. Cum aut̄ alij repugnarent, eos armata manu aggressus fortiter surreauit. Vnde primo Vuedeckenschein à Bernhardo de Lippia, Reinēberg à Nicolao comite de Teckenborg, & Roden à Ioanne Bock recuperauit. Ut etiam armis ita religione erat conspicuus. itaq; magna authoritate inter alios Saxonīæ Episcopos floruit, atq; tandem mortuus honorificè sepultus fuit.